a dicit criminaliter agi.b vbi vero parti est applicāda dicit ciuili ter agi.⁊ hoc idē dicit glo.i.in.l.aut dānū.ff.de pen.ℨ in.l.ſi qua p calū.ℨ.de epi.⁊ cle. dicit ciuiliter agi, et iā vbi pena certa appli catur fisco ⁊ idē.l.eo.l.q̄ sepulchra:potes dicere q̄ gl.abutit his vocabulis ſm diuersas ꝛsideratiōes ⁊ respect⁹.nā habito respe ctu ad penā corporis afflictiuā pena pecuniaria fisco applicāda pōt dici ciuilis.sed habito respectu ad eā que parti id est actori applicaf que ciuilis nūcupatur ea que fisco applicaf tūc ciuilis 5 appellaf.ideo glo.nō sunt ℨrie sed diuerſe. ¶ Quero successiue cū glo.ſi ille cui⁹ interest sepulchrū violauerit an teneaf dicit gl. c q̄ fic.ar.l.aliud.ff.ſi ser.vē.mel⁹ facit quia ex quo res est facta re ligiosa p illationē mortui in bonis eius esse definit.vt.l.in tm̄.ℨ. sacre.ff.de re.diui.igit nec ipse ammouere pōt.vt.l.statuas.ff.de acqui.rerū do. ¶ Crimen lec lex facit ad.q.vt tabellio q̄ fecit 6 falsuz instrm̄ qō alias nō vz nihilominꝰ puniaf pena falsi qō di b xit Dy.esse verū b ista ratione:q̄ quātū in eo fuit cōsummatū est delictū cū sufficiat in delictis affectio cū actu extrinseco.licet non sequaf effectus.vt.ℨ.ad.l.cor.de fic.l.is qui cū telo.Ly.vero idez dicit qñ vitiū nullitatis est insubile.ſi aūt ſi visibile dicit eum nō puniri pena falsi.sed extra ordinē.ppter crimē stellionat⁹ qō cōmisit.ppter dolū.ad pbandū predictā distinctionē visibilita tis vel nō inducit p̄o casu.l.ſi quis legatū.ij̄.ſin fine.ff.de fal.Bar. vero ibidē bāc diuersitatē dicit esse.cōtra p̄ncī.d.l.ſi qs legatuz vbi incidit in penā falsi.⁊ tñ legatus erat nullum q̄ rei sacre vel vſui publico deputate.⁊ inquit Bar.vitiū nullitatis ibi esse ap parēs ⁊ est verisimile.murozqō ex hoc reprehēdit Ly. Primo q̄ nō est credendū q̄ testator vel scriptor ibi specificauerit vitiū rei.i.qualitatē sibi cohērentē p quā appareat ex inspectione scri pture legatū nō tenere.Scō q̄ instrm̄.i.testimoniū non est ibi nullū licet in ea parte legatū sit nullū.alia tū legata ibi peti pōt. Sed ratio Dy.⁊ Ly.est formata vbi aliter instrm̄ esset nullū et hoc dñ vidit RL.malū.qui in hac.q.cerſ distinxisse.aut vitiuz est in materia aut in forma aut in alio extrinseco.⁊ primo casu non cuitat penā falsi.vt.d.l.ſi qs legatū.in p̄in.Secūdo casu cuitat vt ibi in.ij̄.ñ. Tertio casu nō cuitat vt ibi in.ij̄.rñ.licet Barto. bis verbis nō cōtentus suo more solito illa nitik in rudi forma trāsmutare.ideo eius verba nō curo recitare nisi in eo qō addit qñ vitiū esset in forma.ſ. aut ex tali instrō posset aliqō p̄tendi cūi pararī.⁊ tūc puniat p nō.j.de fal.Doꝛ aut nō posset aliqō iudicium pararī.⁊ tūc nō puniaf.vt inquit Ricar. ¶ Ego p̄o lucidiori veritate indagāda puto bz dec lati⁹ fore ruminanda.ideo plen⁹ aliqualiter.q.extēdēdo potes dicere distinguendū.nā in terdū vitiū falsitatis est cā annullatiōis instrumēti interdum eꝫ vitiū nullitatis est cā falsitatis instrumēti interdū neutrū ſit cā alteri⁹ qz ex diuersa radice ꝓcedit vtrūq;. Primo casu indistin cte punik siue vitiū falsitatis ſit cā annullatiōis totius instrī siue eius partis:qz qō iuris est in toto ⁊ parte.vt.l.q̄ de tota.ff.de rel ven.Scō casu adhuc idē ideo ſi tabellio solēmitatē instrumen ti scies,vel scire debēs sciēter omittit pena falsi tenef.l.iubemus in.ſi.ℨ.de testamē.Scō casu facit quatuoꝛ mēbra.nā aut vitiuz 7 nullitatis ꝓcedit cā substantiua seu forma ꝓpsius instrī aut ab eius cā effectiua seu materiali aut ab et⁹ cā subiectiua seu cā ma teriali aut ab aliquo extrinseco accidēti. Primo casu sume exem plū qñ dies cōfecti instrumēti vel loc⁹ in quo vel nomen cōsu⁹is vel nō legitimus numerus testiū reperitur ſcriptus puta ſi tres exigunt duo reperiunk ⁊ his casibus procedunt opi.p̄dicte ⁊ vī qō pena ordinaria nō debet puniri quicqd dixerit Dy.qz cū forma deficiente deficiat esse rei nō pōt dici esse fabricatum instrumēti.⁊ per cōsequēs nec falsum instrumentum cū qualitas non possit esse sine subiecto.vt.l.nec vilā.ℨ.ſi quis abeuntes.ff.de pe ti.here.⁊.l.ciⁿ qui in prouincia.ad ſi.ſi.ſi cer.pe.⁊ hec vī fuisse rō tex.in.d.l.ſi quis legatū in prouin.ver,ceteri.quē Ly.inducit ℨ Dy.p̄o hoc etiā succedit illa ratio qz nō perficit qō potuit igi tur ppter penitentiā in falsum nō incidit.l.qui falsam.ff.de fal. Jtē qz ⁊ ſi voluit ius annullās instrumentū ⁊ refsitit igitur pena ordinaria falsi non debet puniri.l.inter omnes.ℨ.pen.ff.de fur. ¶ Ego his non obstāribus credo qō Dy.saluetur.ideo distin guo.aut hoc vitiū formale caufatum fuit a penitentia sue pure intentionis ⁊ hoc cōstat ⁊ nō punitur.aut fuit causatū ab igno rantia eius vel inaduertētia.⁊ credo quod puniatur nō qz falsuz instrumentuz confecerit vere:sed qz confecre voluit ⁊ quantum est in scipso voluntatem ad actum deducendo fecit quod sciuit ⁊ potuit vt Dy.dixit.⁊ sic nō ob.prima ratio qz fateoꝛ qō vere nō fecit sed puniturac si fecisset instrumentū falsum. Nec etiam ter tia qz ius non resistit eius p̄ue voluntati.sed eius inaduertentia vel ignorantia. Nō ob.l.ℨ quis legatum.qz illa.l.loquitur in quodam falso irregulari ⁊ ex p̄sumptionibus p̄uenīte quod pz qz per Jtiā p̄sumptionē purgaf.vt.j.de bis q̄ sibi asscri.l.j. nūmi.tū igitur ſi testamēto nō perfecto lex falsitatē non p̄sumit maxime qz ⁊ ſi testatoꝛ testamēto impfecto se subscripsit penā q̄ sibi asscribit euitaf qnimo ⁊ ſi ſpālis fuit subscriptio etiā legatū p̄stit.vt.ff.de fal.l.ij̄.ñer.⁊ p tāto cū illa.l.loquaf in testamēto non perfecto qz nondū subscriptio merito non punit ibi de fal so.secus ſi foret subscriptum lz non iure factū vt ibidez sequitur in ter. ¶ Aiut dubitaf an ex penitentia ignorantia vel in aduer tentia hec p̄uenunt ⁊ credo q̄ ſi illud non deleuit de libro ratio num suarum ⁊ ce piam parti tradidit ⁊ sic quo ad eū p̄o perfe cto tuit habitum quod defectus ille potius debeat iudicari ex ignorantia vel inaduertentia q̄ ex penitētia quod dimitto in iu a dicis arbitriō qualitates extrinsecas cōcernentes hoc de primo mandato. ¶ Secundo casu qñ vitium c nullitatis procedit a cau sa effectiua cuius exemplum sume qñ quis falso in libro ratio num suarum alium sibi fecit debitorem nam scriptura illa nil p bat:vt.ℨ.de p̄oba.l.exemplo.⁊ de ſi.instru.l.instrūmēta. Item ſi quis vt tabellio ⁊ persona publica falso sibi confeciat instrm̄ habens formā ⁊ solēnitatē publici instrumenti nam nō vz quia tabellio debet esse persona diuersa a contrahente etiā ſi narra ta essent vera:vt.l.falsus.ℨ.j.ff.de fal.⁊ isto casu etiam pena falsi punit qz quantū ad eū fuit validius falsitatem cōsummare non potuit vel sciuit ⁊ de hoc est casus.in.l.domus.j.de fal. ¶ Ter b tio casu quādo vitiū nullitatis est in causa subiectiua seu mate riali boc est in confectis ⁊ pbādis per instrumentum tunc indi stincte punik siue illud vitiuz causetur ex defectu rei in contractu vel legis dispositione deducte cuius non fit cōmercium:vt hic ⁊. ff.de fal.l.ſi quis legatum.in p̄in.siue causetur ex defectu forme contractus per instrumentum probandi:vt quia solennitas vel forma alias debita non reperit scripta.siue causek ex defectu cau se efficientis contractum vel dispositionem puta qz persona de qua scribitur non fuit habilis ad contrahendum.Et in omnib⁹ est rō qz tabellio falsum curauit ꝓfcere instrm̄ ⁊ perficit ⁊ qua ra tione nullitas cōtractus eū non excusat qō nullitas causatur ex defectu rei eadem ratione quādo ex defectu forme vel efficientis cause ipsius contractus non debet excusare ⁊ p̄o hoc etiam pōt induci.d.l.ſi qs legatum.ij̄.al.ij̄.rñ.nam de solēmitate ⁊ forma seu essentia institutionis ⁊ testium est vt filius instituak vel legi time exheredetur:vt.l.ſi pater.ℨ.de instit.⁊ subſti.sub condi.fac⁹ ⁊ ita tamen ibi defectus nullitatis non excusat ab illo falso p̄e sumpto ⁊ irregulari ⁊ sic multorum⁹ a vō ⁊ regulari. ¶ Quar to casu qñ defectus nullitatis causak ab aliquo extrinseco accidē ti sume exemplū in ciuitate bononiē.vbi statutum disponit q̄ instrumēta ibi confecta ipso iure non valeāt vel nil p̄o bent nisi post confectionē instrumēti.j.x.dies reperiant posita in memo rialib⁹.a.in archiuo publico ciuitatis bononie. Unde posito q̄ notarius falsum fabricauerit instrm̄ quod reperitur nullum vel ineffica nō ex defectu sue solēnitatis ⁊ forme necessarie cau c se vel subiective vel ꝑpter boc extrinsecū:quia in memorialibus non est positū dubitari posset an penam falsi incurrerit et dico q̄ fic.vt ex predictis apparet.facit.d.l.ſi quis legatum.ij̄.rñ.Ex bis patet q̄ Dy.non male dixit nec distinctionē illā ꝓcedere q̄ dicitur aut generak p̄iudiciū vel non.nam ex quo supponitur nullū non pōt generari parti p̄iudiciū. Nec ob.j.de fal.l.ſi.vt ibi dicani. ¶ Videamus an idē in falso teste cuius testimoniū non vz.⁊ dixit Cyn.idez sed Ric.mal.aliter distinguit videlicet aut dictum suū est nullū ex defectu forme ⁊ non puniak alias sic ⁊ non male.tū quia cōmodior docti ina paratur vbi de singulis casibus intellectus informatur.ideo clarius ⁊ latius distinguo videlicet aut testis non depomit in figura iudicij:quia a scipsova dit coram notario ⁊ dixit ei scribe quomodo ego fui presens ta li negotio ⁊ testificoꝛ sic ⁊ sic ⁊ tunc quia talia non debenta ppel lari testimonia nec depositiones vt.l.hac consultissima.ℨ.ſi.cū ibi not.in glossℨ.de test.nec punietur testis de falso testimonio aut depositi in figura iudicij qz citatus coram iudice vel eius commissario ⁊ tunc aut nullitas testimonij causatur dunt ax a falso ⁊ tunc nō est dubium q̄ punitur.l.nullum.ℨ.de testi.⁊.ff. de fal.l.i.in princip.aut causatur ab alio vitio:⁊ tunc aut testis de posuit iuratus non ſi iuratus tunc aut non deposuit extra id quod est iuratus ⁊ tunc punitur de falso licet testimonium repe riatur etiā ex aliquo extrinseco nullum forte ſi pars aduersa nō adfuit iuramento nec citata fuit vt adesset quod fieri debet:vt.ℨ. de iureiur.l.generaliter.ℨ.his de p̄sentibus.⁊ de testi.l.ſi quan do vel qz per iudicem nō fuerant testimonia publicata ⁊ lis erat peremptavt no.in.l.gesta.ℨ.de re iu.⁊ fit rō qz quātum est in se testis falsum dixit ⁊ committit nec per cum remanfit quominus pars contra quā deposuit ledereck.aut deposuit extra id qō fuit iuratus ⁊ tunc qz in eo perinde est acſi deponeret non iuratus, ideo dic vt in sequēti. ¶ Scō casu qñ deposuit nō iuratus aut iurm̄ fuit a partibus remissum qō fieri potest:vt extra de testi.c. tuis.⁊ arg.l.j.ff.de feriis.⁊ ibi not.glo.vt in.l.iurisiurandi.ℨ.de testi.⁊ tūc pinde puniēd⁹ est ac ſi iurasset.aut iuramētū non fuit ei remissum.⁊ iste casus est magis dubius. Ratioq; ſi iuramen tum pōt remitti fortius omittit:vt.l.ij̄.ℨ.sed qz.ℨ.de iura.calum. sed remissum nō imocdit eum puniri de falso.ergo nec omissum hoc sequitur bar.quaſi iuramētū nō ſit de forma:vt per cū in.l.ſi quis lega.de fal. ¶ Sed in cōtrariū facit qz nō iuratus fidē non

a ↦ Dicit criſalis q̄ agi.vide Bar.in l.preter. in p̄i.ff, co.⁊.l.agraria de ter,moto. bal.in l.i.ℨ.de legi.⁊ no, i.c.tit.⁊ ibi Jo, de imo.extra de pcu.⁊ in.c.ſerice, ⁊ ibi Panor.ex tra de testi.

b ↦ Dicit dyn⁹ esse vt ū.vide cū in reg.nō est.⁊ ibi do.boeri ij̄.in ver, eligēde.li.vj.bar, in.l.gdergo.ℨ.cū autē.ſi.de inſa.et in.l.ſigs legatuz nu.⁊ ibi posui i addi.ad ipſuz in vſi fecit illi fal ſum.ff.de fal.⁊ ibi oīno ℨ.ter.bald. no.in.l. iubemus ℨ.de testi.Rebuffi in.l.ſi.nu.xj.et ibi posui in addi.in v̄.notarius. j.de lo.pdi.ciui.vel ſi ſca.li.xj.⁊ Collec, in.c.ad audientiā. nu.v.vbi et posui in apostil.in vſi. pena falsi.extra ō cri.falsi.

c ¶ Si vitiū.adde soci.ℨsi.cl.xij. ici. in p̄ti ℨsul.versi. v.⁊.vltim in prima parte char.cir.et gl.clxxxvi.incip. post redditū. vſi. ij̄.casus in. ij̄. pte char.lvij.vbi hoc idem inducit alle gat ⁊ firmat.

Universidad de Cristo
Biblioteca

facit:vt.d.l.iurisiurandi.nec ei? dictū appellat testimoniū. igit cū quatit as non possit esse sine subiecto non vt puniri de falso testimonio. ¶Sed hoc non obstante credo eum puniri tam per rationē.ſ. positā ꝫ etiā qr quātū ad cū vt in seipso fuit fecit qđ potuit quinimo delictū cōsummauit.nā assueratio eius cut veritas cōtradicit fecit cū puniri de falso nō plusquā qr periurii.p cedit a falso non ecōtra.ꝛ ideo lz iuramētū sit cā firmiotis credulitatis ꝛ fidei adhibēde ꝛ contra eius omissio sit cā fidei legitime nō adhibende ꝛ hoc respectu nō possit dici testimoniū prout sonat in ius:tū testimoniū est prout sonat in factū:qr falsa assueratio facta iudici animo sibi fidem faciendi merito puniēda est pena falsi lz testimonium alias sit nullum:vt.ff. de testi.l.nullus. p̄o Bar.facit qđ.ſ. de instrumento dixit.ꝛ de hoc habes p̄ Jo. and.in nouel.in regula non est sine culpa.de regu.iur.lib.vi.

1 ¶Seruus inscio domino sepulchrum demoliens in metallū damnatur.ꝛ nu.2.

3 Bannitus ex vna causa an possit ex alia banniri.

a ✠Bannitus ex 4 vna cā.Tu vide bo hoc Spe.in ti de accus.ſ.segtur videre.ſ.locis.ꝛ seq.ꝛ bart.in.l.de pupillo.ſ.si pluribus.col.i.ſ vlte 2 rius inducam.ff. de no.oper.nū.et no.in.l.nihil.ſ.ꝛ no.ex hac lege.cū de vendi.liber.

3 a

Seruus an possit relegari.

SI seruus. Tria dicta ponit vt ex sui seric appet. ¶Casus.ꝛ Seruꝰ demoliēs sepulchrum dño inscio dānat in metallū: si vero eo conscio relegatur: locus ad quē aliquid de sepulchro exportauit publicatur. hoc dicit. ¶Nō.qr iussus in delictis nō excusat pena tamē minoratde quo dixi in.l.non ideo ſ. de accu. ¶Op.extra glo.qr seruus nō debeat dānari in metallū qr pena illa libertatē tollit ꝛ in seruitutē inducit:vt.l.ſi.ff. de cap.di.ꝛ.l.in metallum.ff.de bis q̄ p nō scrip.ba.sed iste hāc penā pati non pōt:qr iam seruus est.ergo.So.vt in glos.l.bos accusare.ſ.oibus.ff.de accusa.quia hec noua seruitus cum magis astringit ꝛ punit qr in corpus affligit:ꝛ speciē cōsequende libertatis perdit. ¶Et sunt ista in argu.vt exbannitus ex vna causa posslt bāniri ex alia.ꝛ ita seruaf in practica.lz forte obseruātia nō bona qñ constat iudici cū bānitū ita qr nō pōt accedere ad locū sine periculo mortis ar.l.ſi decessit.ff.qui satisda cog. ꝛ.ff.ne qs eū qui in ius voc.l.sed crimēdis.ſ.ſi.cū ibi no.in glos. ꝛ.ff.ad trebel.l.sed ꝛ sciendū.ſ.ſi.ꝛ.l.seq.p̄o quo vide qđ dixi.ſ. de acc.l.reos.in.j.q.ꝛ maxime qñ scīm bānū plus aggrauet q̄ 4 puniū: sic nō obstant q̄ hic de seruo dicta sunt. ¶Opp.ſ.qđ seruus nō possit relegari:vt.ff.de accu.l.bos accusare.ſ.oibus. put est ibi litera negatiua.non cōuenit.Sol.duobus modis vt in glos.primo q̄ illa concor.cum ista ꝛ sic sequitur q̄ ibi relegatio non ponat exēplariter.qr tunc directo cōtradiceret sed ponit similitudinarie ꝛ nō directo sed per cōtrarium ꝛ subauditur verbum affirmatiuū cōuenit.beceviolaredek ter.illū. Jdeo.gl. dicit secundo q̄ relegatio ppria cuius natura nō est admere ciuitatē nō imponitur vt incōtrario sed relegatio impropie sumpta que appellat deportatio bene imponit vt hic.ꝛ hec duriores censetur.hinc est q̄ ter.ibi in fi.dicit q̄ durior pena imponitur. hāc tenet hic Ey.sed cur diuersum cū per deportationē nil perdat qr nec ciuitatē ꝛ bona q̄ nō habet nec in corpus afficit grauius. ¶Quapropter Bar.in contrario dicit q̄ pena relegationis cōmunis nō conuenit seruo vt ibi sed bene conuenit ei irregularis vt relegēt vt hic duriorem penā adūciendo.ſ.vt ciuitatē nec̄ libertatem consequi possit in futurum.tene quodvis.hic nō sunt alia.

b ¶Derogatură tique.Adde Ey. ꝛ no.p bar.in.l.ſ. ff.vi bo.rap.ꝛ ibi vide bo.Aller.de imol.ꝛ p spe.in ti de pe tene.litt.et ibi Jo.an.in vlti. addi.ꝛ bal.ꝛ spe. in titu.de accu.ſ. 1.circa prin.ꝛ old. consil.suo.reiꝰ.et bene facit text. in l.ſi.ſ.finaute aliquis.in vſi.cū eni geminī tramites. ſ. de iure. delibe ran.

c ✠Testes spolia re.Tu vide ō hoc dicto bal.in.l.so rozē.vſi.qd ergo 2 dices.ꝛ ibi Saly. 4 nu.iiij.vſi.sed po 5 ne ꝛ statutū.vbi 6 posui.in addi.ad 7 ipm post eum in apostil.in ſ.bal. 1 qr non.ſ. de bisq bus vt indig.

Qui sepulchra. De sepul.vio. Cum sit iniustum. 216

rit etiā in executione nec curo siue ab eadē lege siue diuersa imponaf vtraq; qr eius gñalē lex mādat executiōi anteq̄ iudex speciale si aliter diceremus specialis nunq̄ locū haberet.ꝛ sic frustratoria ꝛ verbalis fuisset puisio pene specialis cōtra.l.ſ.in fin. ſ. cōia de leg.ꝛ.l.ſi.ſ. de vsur.aut generalis imponit iudicis ministerio.ꝛ tūc vtraq; ab eadē lege aut diuersa:siab eadem et tunc in dubio generalis etiam natiuitate nō cōcurrit cū speciali cuiad casum illū non trahat in.d.l.duli.ꝛ.l. sanctio.fm lec.Dy.si lege diuersa:ꝛ tunc in natiuitate concurrūt in dubio.vt.d.l.quoties. ꝛ.d.l.pleror.ſ.i.sed exceptiōe se impediūt si vtraq; cōpetit advin dictam.vt.d.l.p̄or.ꝛ.d.l.senatus.ꝛ hoc qñ imponunt p̄o eodē facto secus si diuersa vt hic in vltima solutione declarata.vt.ſ. ꝛ adde qđ dicā.ſ.in.q.ꝛ.ſ. Jtē hec vera qñ vtraq; ad vindictā secus si vel vtraq; p̄o re familiari qr non tollunt in eo qđ se excedunt.vt.ff.vi.bo.ra.l.i.ꝛ.ff.arbo.fur.ce.l.i.ꝛ.ff.de act.ꝛ obli.l.cuꝫ ex vno.vel altera ad vindictā tantū.vt.l.ex morte.ſ.ad.l.aquil.ꝛ 6 j.qñ ci.ac.prę.cri.l.i.ꝛ ibi de hoc vltimo plenī⁹ dicet. ¶Quero ad declarationem predictorū de duobus primo qñ dicaf agi ad vindictā qñ p̄o re familiari.ꝛ dic qđ qñ agit per modū accusandi ꝛ tūc agit ad vindictam ꝛ applicat pena fisco vt hic ꝛ di xi.ſ. in prin.ꝛ probat.ff.de pub.l.licitatio.ſ.qđ illicite.ꝛ de prīa delic.l.ſi.ꝛ de fur.l.ſ.qñ ꝛ agit per viaꝫ actionis que est ius persequendi qđ sibi debetur:ꝛ tūc fi id qđ petit nō petit ex eo qr petēti aliquid obsit:tūc agit ad vindictā puta si dicā in medio cōcludēdi actione iniuriarū qđ p̄o tāto pati voluisset illā iniuriam.ꝛ sic facio existimationē contumelie non dānt.si antē petit ex eo qr aliquid petēti obest.ꝛ sic petitur ratione dānī qđ est diminutio patrimoniī ꝛ sic rei familiaris vt.ff.de dā.infec.l.damni:tūc dicit p̄o re familiari agi.hoc vult gl.i.d.l.p̄or.ſ.i.signata sup verbo q̄neipaliter.ꝛ hoc siue petat simplex estimatio siue ipsius duplī vel qđruplī vt in actione furti et vi bo.rap.qr cū respectus habeat ad estimationem diminutionis patrimoniī semper dicef agi p̄o re familiari.ꝛ ita declarat alia glos.posita in.l.ſ.ſ.filius emācipatus.ff.de col.bo. ¶Quero tūc secūdo qđ si per statutū imponit pena pecuniaria vbi de inrecō imponit pena corporis afflictiua puta p adulterio quis puniat in mille vel etiā p̄o homicidio in forēsem cōmisso vt iam fuit in perusio an per statutū tollat pena turis cōis.ꝛ tenent omnes qđ sic executione cū vtraq; pena tendat ad vindictaz.vt.d.l.p̄or.ſ.i.ff. de iniur.ꝛ.l.senatus.de accu.sed de natiuitate dubitatur.et dicit hic Ey.quicquid moderni dicāt qđ in totum recessum est a pena iuris cōmunis.ar.eoz.qui ergo.ſ.pena grauior ff.de bis q̄ no.infa.ꝛ p hoc inducūt.l.iij.ff.de ter.mo.ꝛ specialiter inducunt p̄o casu.l.cum viro.ſ.qui post.ff.de remili.Rofre. ꝛ Dy.tenuit oppositum p.d.l.p̄or.ſ.i.ꝛ.p.l.quoties.ff.de act.ꝛ obli.hoc idē tenet Bart.in.l.i.ff.vi bo.rap.ꝛ inducit vltra Dy. l.ſi.ſ. de noua.sed melius facit.l.in cū.ſ. de fur.ꝛ Dy.hoc inquit esse verū nisi per cōiecturas vel p̄sumptiones aliquas appareat qđ statuentes voluerint recedere a pena iuris cōis.nam tūc saltem ope exceptionis tollerek prima:vt de nouatione etiā hodie dicit in.l.iij.ff. de noua. Coniecturā ꝛ p̄esumptionez colligit vbi statuto caueref qđ vbi pena non est determinata in statutis recurratur ad ius cōe. ¶Ex his habes qđ fm istorū opi.si nō expressim vel tacite ex aliqua presumptione appareat ex verbis statuti apparet ab illa esse recessum:qđ obligatio ad vtraq; pe nam est nata licet vtraq; via agi nō possit ꝛ a pena iuris cōis in dipi posset.vt.d.l.p̄or.qđ mihi durū vſ ꝛ periculosum p assessoribus ꝛ p̄sidibus qđ dem̄ostro ꝛ primo invoco bar.ad respōsionēz qr vna cū Jac.de are.tenet qđ vbi ex homicidio iponf pena pecuniaria ꝛ corporalis diuersis legib⁹ q̄ iudex debet iurisdictionē sua denegare ei q ad penā pecuniariā pus vult agere ne p̄judiciū fiat corporali pene.l.cor.ꝛ dicit esse casuꝫ in.d.l.p̄or.ſ.i. ergo qđ in casu nostro operabit pene pecuniarie impositio si cōpellat qs incipere a corporali cū postea ad pecuniariā nō possit redire.vt.d.l.senatus. Vltigit aliquid operef habemus dicere a pena corporali recessum esse. Hoc idē cōfirmo p rōnem qđ Ey. hic deducit ꝛ oppositū.ꝛ sic.l.ista statutaria seu municipalis est localis.vt.l.oēs populi.ff.de iusti.ꝛ iur.ꝛ.l.ex ea.ff.de post. lex autē iuris cōmunis est vniuersalis ꝛ gñalis.vt.l.ij.ſ.de legi.sed species derogat generi.vt in.c.generi.extra de reg.iur.ꝛ.ff.co.l. in toto.ergo ꝛc. ¶Tertio lex gñalis p̄cipis nō trahit ad specialiter promissa vt.l.sanctio legii.ff.de pe.sed lex municipalis vt inquit hic Ey.habef ac si a principe in loco illo fuerit.plata.ar. d.l.oēs connecto.ſ.de vete.iure.enu.l.ij.ſ.sed qr ibi merito oīa 7 facere dicamus ergo ꝛc. ¶Quarto lex sequēs generalis p̄cipis uō agit tollere legem vel consuetudinē specialē loci extra de cōsti.c.i.li.vi.ꝛ eodē modo debemus dicere qr antecedēs nō agit p̄dere seu vt res suas potrigere in casu in quo posita specialis in loco sequatur nisi vsqs ad tēpus illud quod aliter p̄uideat in simili pōt adduci de curatore furiosi qui nomen retinet sed effectū nō habet cū furiosus respiciēs ad dilucidū iterualli venerit vt.l.cum alios supra de cur.fu.quinimo cum lex hodie loquatur vt.l.arriani.ſ.de here.possumus dicere quātū ad casus euenientes post statutū factuz qr legis dispositio sequaf ꝛ sic ad locum illū p tūc vires suas nō dirigat. ¶Quinto qr si de cōsuetudine sic p̄uatū esset p̄eter aliud statutū consuetudo derogaret legi. vt.ſ.q̄ sit lon.ſ.ue.l.ſ.ff.ꝛ.ff.in.co.ti.l.de qbus.in fin.ꝛ in qualibet earū nō est.ergo ꝛ idē p statutū:qr vtraq; p̄cedit a pari voluntate populi ꝛ nō differūt vt nisi p modum tacite ꝛ expressi.vt.d.l.de quibus. Ulterius p his accedat in auten.vt nulli iudi.ſ.fi.q̄ñ.ſ. adulterā.vbi simplr dicit impator adulteram detrudi in monasteriū nec ibi expsse vel tacite aliter apparet de priozis pene correctiōe ꝛ tū gl.i.l.quāuis.in fi.ſ. de adul.ꝛ ēt guar.q ibi transpont aut.sed hodie.ꝛ oēs doc.volunt qr in mulier pena fit coercta.ꝛc. ¶P̄o cuius lucidatiōe rideo ab obiecta.nā.l.quoties ꝛ.l.p̄etor.loquunt qñ ex obligatione noua variatur titulus agēdi penes medīū cōcludēdi.nā in.l.p̄or.nō agit imediate qr reus seruū occidit sed qr actor iniuriā talē p tanto pati nolīsset:vt dixi in.q.p̄cedēti.sed in casu nr̄o vnifoꝛmiter vt directo agitur immediate ex eodē facto nō variato p̄cludēdi medio.ideo meri to lege municipali stante pena inris cōis non pōt locū habere. vel potes dicere si vis tenere opi.que fuit Jacc.de ra.quā ponit bar.in.l.ij.ſ.diuus.ff.de sica.qr in casu nostro etiam noua obligatio nō orit.ſ. antecēp mitī⁹ p legē nouā punit. ¶Solū restat rīdere ad.l.istā que fm mediā solutionē hic in glos.positā fortius vſ obstare.lz dic qr hic expressim hāc penā adūcit antique ideo illā nō tollit.etiā eodē mō rsp̄ondeo ad.l.in cū.ſ. de fur.secus si expressim nō adūceret qr tūc distingue aut antiquam expressim tollit.ꝛ hoc in dubitatū.aut dubitaf:ꝛ tūc aut medium cōcluden di seu titulus agēdi variaf cū p nouā lege nouā pena inducatur: ꝛ tūc vtraq; hz locū in natiuitate sed nō in impositione:vt.l.qō senatus.ꝛ.l.p̄or.ff.de iniur.ꝛ.l.quot.ff.de actio.ꝛ oblig.aut medīū concludēdi nō variaf:ꝛ tūc dūtaxat spāliis ꝛ localis locum habeat nō gñalis:vt in iuribus ꝛ rōmbus.ſ.alleg.ꝛ hec vbi pene sunt diuerse. ¶Quero igit quid si pene sunt excessiue puta p certo delicto tus cōmune exigit vt pes vel manus abscindatur. vt.ſ. de ser.fug.l.ſi fugitiui.ꝛ aut.toī posita.sed statutū p eodem delicto vnifoꝛmiter vtrūq; exigit abscindi.ꝛ simplr ita q̄ de correctione aliter nō apparet. Pe.dixit vnā non tollere aliam etiā executionē nisi in eo i quo cōcurrūt p.l.i.ff.vi bono.rap.ꝛ.l.cum ex vno.ff.de act.ꝛ obli.sed ille.ll.loquunt qñ p̄o re familiari agi tur qō nostra qō ad vindictā vtraq; tēdit quo casu etiā si variaf mediū cōcludēdi vna tollit aliā in executionē vt supius allegā.l. p̄etor.ſ.i.Cy.vſ dicere q̄ Ja.de ra.dixerit q̄ natiuitate se non a tollāt:fz impositione etiā si minor sit iposita ar.d.l.qō senatus. ¶Ego credo idē esse qō in p̄cedēti vt puta iuris cōis p quo tunc ad effectū tollaf vel suspēdatur.ꝛ idē credo cū si pena iuris cōmunis excedat penam statuti:fz tunc maius dubium videretur.ꝛ hec sufficiant.

a ¶Ergit. ª Casus.remouēs sepulchri ornamē ta punit vt sacrilegus.b.d. ¶Opp. qr non puniaf vt sacrilegus quia pecuniariter punif nisi quando corpora vel reliquias amouet ꝛ tunc alī ter punitur q̄ sacrilegus:vt.ff.eod.l.fin.ſol.ꝛ declara vt glos.vi. ¶Oppo.qr qui ornamenta abstulit grauius puniatur.vt.l.iij. ſ.aduersus.ff.eo.ſol.vt in gl.seq videlicet.qr hic de ornamentis sepulchri ibi de ornamētis.i.vestibus defuncti. ¶Op.qr q ornamēta accipit in pi.cuiū nō inidat.vt ff.c.l.ſi.So.vt in glos.ſi. ¶Er qua collige qr istud verbū piaculum duplicem habet sen sum secundū vnum ob.contrarium non secundum alium.

1 ¶Sepultura non impeditur propter debitum eius qui mo rit ur.ꝛ nu.2.

3 Luet incoꝛpore qui nequit soluere.

4 Judex an possit in plus condēnare q̄ petitum sit.

¶Cum sit iniustuz. P̄o ponit ra tionez legis cō dende.secundo statuendo p̄ohibet.tertio si contra fiat prouidet.quarto punit.secunda ibi.ne in posterioꝛum. tertia ibi:redditus.quarta ibi:cum vero. ¶Casus. P̄opter debitum defuncti non potest eius sepultura impediri sub pena quinquaginta librarum auri quas si non potest solvere luit in corpore ꝛ cautiones cōfessiones ꝛ exactiones ob hoc primo facte ipso iure non nocent heredi.hoc dicit. Hodie serua aut.hic positas quas diuide in tres partes nam primo punit eum qui mortientem inquietat inortis tempore vel eius familiaz ꝛ bona.secō punit eum qui iam mortuum inquietat eius funus impediendo.tertio punit cū qui non mortuum sed post mortui funerationem in fra.ix.dies inquietat eius familiā vel hereditatem. 2 secā ibi:ceiderit penis.tertia ibi:in aut.sed ne. ¶Op.qr sepultura impediaf nisi heres cautionē de vsuris restituendis p̄stet vt extra de vſu.c.ꝰ.lib.vi.So.qr p debito vsurario restituendarum est hodie immunitū vt ibi. ¶Opp.qr principale negotium non agitetur ex integro:quia creditor cadit a iure suo vt in aut.hic posita.Sol.vt in glo.qr hec est correcta. ¶Opp.dant.primā

a ✠Pergit.Bal. hic ex hac lege cū sua glo.in.ſ.valla colligit qō ita punitur violator fossarū sicut violator murorū.sed hoc cōpertū non habes: qr violator murorū ciuitatis punit pena capitis vt.in.l.ſi.ff.ō re.diui.ꝛ insti.eo. de re.di.ſ.itē. qō est verū etiā si muri sint ex ligno solū vel ut ex palis. vt est casus singu. in.l.desertorū.ſ. necnon.ꝛ.ſ.si qs vallū.vō.seq.ſ.de remili.libr.xi.fm Roma.sing. suo. fm meū numeruz Decerniv.. inci.qſtio est de facto.si autē sint tm̄ fossata vel fouee tunc nō punit pena capitis:ſz illi ampu tant crura.vt no. idem Ro.per illū tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret aut. secunda ⁊ eius qđ ponitur in corpore. Sol. vt in gl. aut. secunde hic posite. ¶ Concludo modo ofa pdicta sm Jaco. bu nam aut quis inquietat mortientē tpe mortis ⁊ quatuor patitur penas: qz debito priuat ⁊ tantundem soluit de suo ⁊ in tertiam partē bonoꝝ iniuste tur. ⁊no. infamia aut inquietat tā mortuum q̄ eius impedientes ⁊ tunc si ⁊ cautio de usuris restituendis prestet als in cem tertio non sepelietur ⁊ tūc penā non patit nisi forte dolo petierit: aut ob debitum aliud de iure codicis solum penam quinquagintalibrarū patiebat a debito non cadebat: bodie pena illa eis trālmutata qz a debito cadit ⁊ tātūdē de suo soluit tertia pars bonoꝝ eius publicat ⁊ nihilominus, infamatur. ⁊ sic ille casus ꝓcedens parificant. aut post enumerationē i quietet heredem ante. xx. dies ⁊ tunc predictas penas non patit sed solum si qua cautio exposita sit annullatur. ¶ Quero an cadat ab actione ipso iure vel ꝑ sniam. ⁊ respondet glo. in corpore qđ ipso iure. ⁊ hoc ꝓpter verbum omnibus modis in corpore positum ⁊ sic nō ob. q̄ verbū cadit concernit futurū. ⁊ sic videtur exigere sententiam vt no. in. l. si quis in tantam. §. vnde vi. ¶ Ultimo tu habes hic q̄ qui non pōt soluere lmt in corpore⁹ cm concor. ll. alf. in glos. ꝙdictū calliodoꝝ dicētis reddat de bitū penis qui nō potest compensare pecuniis. quod examinat Cy. §. de ser. fu. l. quicūq; ⁊ Bar. in. l. i. in fi. ff. de pe. l. neuter eorū perfecte. ¶ Ideo op. primo q̄ in corpore non luat si bonis cedat vt. §. qui bo. ce. pos. per totū. So. q̄ illud ꝓcedit in debitore ex cōtractu vel quasi ex delicto qz a pena se non liberat lz bonis cedat. ¶ Op. ū. pena certa in iudicijs arbitrio non est reposita: vt. ff. ad turpil. l. j. §. i. ergo a iudice nō pōt variari. Solui. q̄ dam q̄ illud ꝓcedit vbi a. l. nō spōntur: vt in corpore castigetur. Hoc est truffa ⁊ contra casum. l. j in fin. ff. de pen. vbi ꝺ qđ hoc est ius generale in omnibus soluere non valentibus. dic ergo q̄ ea variat ex necessitate non volūtate ⁊ bene necessitas sibi indicitur a lege ne maleficium remaneat impunitū. ¶ Oppo. nō pōt condemnare in alio ꝙ fit peritum: vt. ff. cōi. iij. q̄ iudex non pōt condemnare in alio ꝙ fit peritum: vt. ff. cōi dti. vt fundus. ⁊ de fideicō. lib. l. fi Solu. q̄ in petito condemnat sed in executione penam corporalem loco pecuniarie quam non pōt soluere subrogat vt hic: sic ⁊ als in debito ex contractu in. l. si seruū. §. sequit. ff. de ver. ob. Alij dicerūt q̄ etiam in sententia facere pōt dummodo declaret q̄ penam mutat: qz soluere penā petitam non vz. ⁊ sic in ea condemnari non prodesset vt alle. in l. nouerint. j. vt intra cer. tempus eri. questio ter. ⁊. ff. de his qui l. nouerint. j. vt intra cer. tempus eri. questio ter. ⁊. ff. de his qui no. inst. l. quid ergo. §. pena grauior, sed hoc non credo totum: quia forte condēnatus reperiat qui ꝓ eo solueat qđ ante non faceret. ideo precedens tutior. ¶ Op. iū. pena debet commensurari delicto ⁊ non ipsum superare: vt. j. de pen. l. semus. ⁊ extra de homi. ca. sicut dignū, sed hec corporalis per iudicem indicenda quantumcunq; minima est grauior qualibet pecuniaria vt. ff. de pe. l. ⁊ in seruorū. in fi. ergo ꝓ pecuniaria nō imponenda quia delicto tunc nō commensurabit. ⁊ p hoc in lucif. l. illicitas. §. fi. ff. de offi. ꝓcōi. ¶ Timore huius contrarij mar. fil. dicit q̄ leges dicētes q̄ qui non pōt soluere lmt in corpore locū habent quando ꝺ̄s in fraudē legis scienꝫ nō posse soluere delinquit: nā tunc qz in contemptū legis: in delusione pene illius facit si nō soluat corporaliter punit vt. d. l. in fi. ff. de pe. quā dicūt alias limitare. als corporalis nō imponat: vt. l. illicitas. § fi. ff. de offi. ꝓcōi. ¶ Sed post gl. Ja. bu. Cy. bar. ⁊ cōiter alij dicūt q̄ siue ꝓcogitatu habito q̄ nō possit soluere siue nō prehabito tali cogitatu qđ nō valēs soluere punit in corpore: et casus in. l. qui edes. ff. de incen. ru. nau. vbi si non dolo: ꝛ culpa deliquit ⁊ sic cogitatū non habuit punitur in corpore si penā pecuniariā nō valet soluere. ⁊ ideo ter in. d. §. exponunt dum dicit egentes deludunt. i. ꝓpter egestatē deludit corpo q̄ soluere non valent. ¶ Ad rationē mar. rñdet Cy. qđ hec pena nō egredit ad delictum: qz illa que est debita cū loco pecuniarie subrogat: vt. d. l. si seruum. §. sequitur. sed Bart. aliter videlicet qđ in ꝑsonis vilibus hec corporalis nō est censenda maior imo parvel minor. argu. l. hec opere. in fin. ff. de ope. lib. Ego credo quod in eis etiam sit maior licet illa posset intelligi sm illam pati vel soluere possint ⁊ non pecuniam quam nō habent ⁊ ideo solutio Cy. magis placet ¶ Vel dic quod licet sit maior pecuniaria tamen delicto dicitur commensurari ex quo minor nociua non potest infligi. ⁊ hoc ne delictum remaneat impunitum. Ad. l. illicitas. §. fin de offi. ꝓcōi. respondet quod in mulcta loquitur que iudicis officio imponitur. ⁊ de modo mul. l. iū. ⁊ ideo cum inder plus in ea possit q̄ in pena. ff. ad turpil. j. §. ⁊ ad municip. l. j. numirum si ꝓpter inopiam illam remittit vt ibi. Item mulcta imponitur interloquendo ideo potest reuocari contrario imperio: vt. l. quod iussit ff. de re iudi. ⁊ vide aliquas questiones circa hāc materiā quas post hoc scripsi in. l. quicunq; §. de ser. fugi.

¶ Ad legem fauiam de plagi. Rubrica.

☞ Plagium vnde dicatur ⁊ quot modis cōmittatur. ⁊ nu. 2.

¶ Continuat Cyn. ⁊ Azo in summa rubricam hoc modo. dicum est. §. de. l. cornē. quę locum habet quando plaga. i. vulnus infligitur. sed quandoq; dum quis filium alterius vel seruum subtrahit vel vendit plagam patri vel domino infert ideo ⁊c. hanc continuationem etiam sentit hic glo. vel magis ad proxima continuare potest. vsum esse polūs rerum ⁊ etiam personarum defunctarum nunc de spoliis viuentium personarum.

¶ Querit glos. vnde dicatur plagium ᵇ ⁊ respondet duobus modis quod declara latius nam hoc nomen plaga in iure nostro equiuoce sumitur. nam quandoq; pro vulnere vt. l. si ex plagis. ff. ad. l. aquili. quandoq; ꝓ dolore ad similitudinem plage predicte: vt in hoc tit. quando pro regione aliqua mundi. vt hic not. ⁊ hac similitudine plaga dicitur quedam pars fundi: vt. ff. de leg. iij. l. vxoreꝫ. §. agri plagam quandoq; sumitur pro recte vel laqueo venatoris. vt. ff. de contraben. empt. l. empto. in fine.

¶ Viso vnde dicatur videndum esset quibus modis committatur. ⁊ dic vt. ff. eodem. l. non statim §. j. dicetur. j. eod. l. j. Item quot modis conuentur dicetur in. l. j. ⁊. ij. Item cui competit ius accusandi. j. eo. l. plagij. Item que cause excusent a pena j. eodem. l. antepe. Item qualiter puniatur. j. eod. l. fi. Item quis sit competens iudex. j. eo. l. non valet.

☞ Seruum quem sollicitauit exportans ciuiliter cōuenitur. ⁊ nu. seq.

PUter. ¶ Qui seruum quem sollicitauit exportat potest ciuiliter conuenire vel ven. vel serui corrupti ⁊ criminaliter de plagio accusari. ⁊ tunc sibi scriptio erit necessaria hoc dicit. cum seq. ⁊ sequē. super tert. l. j. ibi ancillam. dic ꝓpriam patris tui. quia alias non daretur ei vendicatio de qua hic subijcit: vt. §. de alie. iud. mu. causa fac. l. j. ff. de rei vendi. Lin rem licet de plagio possit etiam nō dominus accusare: vt. j. eod. l. plagij. ¶ Oppo. primo quod exportatio non fuerit necessaria ad crimen plagij sed sola sollicitatio sufficiat: vt. ff. eo. l. non statim. §. lege. Sol. contendo cōtrarium vt in prima glo. ⁊ respondeꝫ ad hunc text. vt sequitur in ca. vsq; ad fi. ⁊ caue quia glo. non diffitetur cum ⁊ sine sollicitatione plagium cōmittur. vnde quot modis plagium committatur: dic vt. ꝺ. §. lege. ¶ Oppo. quod rei vendi. non possit commeri quia illa datur contra possessorem: vt. §. de alt. iu mu. causa fa. l. j. ff. de rei vendi. l. officium. sed quiꝫ portauit non possidet ergo ⁊c. Sol. vt in glos. seq. ⁊ quod glos. dicit quod vtili conuenitur debet exponi. i. vtiliter. nam directa datur habenti directum dominium nec variatur ex defluentia possessionis aduersarij. sed tunc datur vtiliter secundum de crimen quam tradidi. ⁊ glos. §. de nego. gest. l. curatores. ff. de rei vendi. super rubrica licet secundum opinio. vltramon. ista glos. melius dicat per nomen quam per aduerbium quod ad presens examinare non est nostrum. ¶ Opp. quod nedum si obtinuit in rei vendi, sed etiam si succumbat possit agere criminaliter: vt. j. quando ci, ac. prem. cri. l. j. Solu. vt in glo. fi. quę hic subaudi maxime non enim ꝺ̄s sumi a contrario sensu ne resultet iuri contrarius intellectus: vt. §. de condi. inser. l. si quis patrem. sed dic melius aut succubuit er eo quia aduersarius se dominum probauit et tunc criminalis expirauit: vt. j. eod. l. preses aut er eo tantum: quia se non probauit dominum ⁊ tunc criminalis non expirat quia venit ex diuerso fo. text. vt. l. j. lāgij. j. eo. ⁊ latius dicetur in. d. l. j.

SJ abalyano. Summata est cum ꝑcedenti. vel dic. similiter si corrupti potest per procuratorē agitari nō criminaliter ex. l. fauia. de plagi. hoc dicit. De hoc vltimo dicit in. l. eos. §. de accusat. ⁊ an succūbens in actione serui corrupti possit criminalem intentare. ¶ Col. ige ex not. in. l. prima. j. quā do cum. ac. prem. cri.

VT legis. No. quod via ordinaria ꝓcedat in crimine legis fa uie de plag. Ꝟ hic non sunt alia.

☞ Vices presidis gerere quando quis dicatur.

NOn valet. Procurator cesaris nō hoc crimine nō cognoscit nisi gerat vices ꝑsidis. b. d. ¶ Querit gl. qñ dicat gerere vices ꝑsidis. ⁊ ridet altero de tribus modis vel qz priuatim in eā consentiūt. hoc crēꝑsum nō est verū qz procurator nō hz merū imperiū vt hic ꝑ. ⁊ sic progari non pōt: vt no. in. l. i. §. de iurisdi. omn. iudi. Vel secō qñ eā delegat cui ꝑside se absentante hoc ꝛepiobat Cy. qz tunc nō delegat ei a ꝑside nisi quo ad cognitionem nō quo ad sniam de qua loquitur hec lex sed pōt sufficeret vt glos. intelligerent quo ad cognitionem. Vel tertio qñ loco eius esset substitutus. ⁊ hoc est planum.

SJ fratrem. Pro fratre suppresto fratre. ¶ Queritur legis fauie accusatio. b. d. Sz an ciuilis actio ei cōpetit. dic qꝺ sicut i gl.

1 ☞ Scruus fugitiuus non potest pure donari.
2 Seruus fugitiuus vendi non potest.

1 IN fuga. ¶ Primo dic tū. secō illatio. tertio duos casus excipit. secō ibi: vn de. tertia ibi exceptio. Casus. † Seruus in fuga con stitutus non potest donari pure vel vēdi sed sub cōditione cū fuerit deprehensus aliter vendēs punitur nisi alienatio fuerit necessaria. b. d. ¶ No. primam partē summarij. ¶ Item no. qđ alienatione ꝓhibita non intelligitur de necessaria. con co. ff. fa. ber. l. alienationes. ⁊ de leg. j. l. illustra. §. diui. ¶ Itē q̄ paria sunt aliqđ fieri in tpe permisso vel conferri in illud cōcor. ff. de don. inter vi. ⁊ vxo. l. cum hic status. §. si sponsus. ⁊ de here. instit. l. in tēpus. ¶ Op. de. l. sciendū. ff. eo. So. vt in glo. qz ibi ꝺ̄s absens non erat fugitiuus. ¶ Op. tunc extra q̄ fugitiuus possit vēdi absq; huiusmodi pena: vt. ff. de act. emp. l. iul. Sol. q̄ ibi erat reuersus ⁊ domi constitutus. hic in fuga. ¶ Quero que sit ratio huius ꝓhibitionis. dicit gl. q̄ altera de duabus ꝓria qz est in spe libertatis quasi innuat q̄ sicut liberum non licet ita nec hūc q̄ est in figura libertatis. qđ reꝓbat Cy. qz non est de iure sed de facto hinc est q̄ a dño possidet: vt. ff. de vsuc. l. si is. §. j. secūda ne serui inuitent ad fugaz ꝓpter quā de facili ⁊ modico ꝓtio illos venderent vel alteri donarēt ⁊ sic nō dñoꝝ fauore: qz illi renūciare possent vt. §. de pac. l. si quis in conscribēdo. sed seruoꝝ odio. ⁊ hāc tenē. ¶ Quero que sit pena de qua hic dicitur. Respon. vt in gl. ⁊ tene secūdam tum qz hec. l. est posterior tum qz crimen de quo hic dicitur ꝓprie non est plagū vt ꝓz ex his que diximus super rubrica tum quia pene debent cōmensurari delicto: vt. j. de pen. l. sancimus.

QUoniam. Primo ponit occasionem legis cōdende. secō statuit. tertio penā declarat. quarto ꝺ̄nē gratuitatis pene annexit. secō ibi: horū. tertia ibi: ac ꝓpter. quarta ibi: vt pene. ¶ Casus. Alienās seruū vel liberū quē plagio abduxit punitur capite ⁊ de hoc crimine inder pōt inquirere. b. d. ¶ Ultra ꝓdicta no. qđ pene sunt graues ᵃ ꝓ earū terrore ceteri caueāt a delictis. cōcor. j. ad. l. in. l. repe. l. i. ¶ Gl. querit que sit ista pena rapitis ⁊ remittit ad. l. fi. ⁊ qđ ibi no. j. eo. ⁊ ibi dixi.

1 ☞ Plagium in seruo, alieno committitur.
2 Causa ciuilis prius terminari debet que ad criminalem est prejudicialis.

1 QReses. Primo dicti vel tacite. q. respōsio. secō eius declaratio. secō a ibi: naz si. Casus. † In seruo alieno nō ꝓpriū ꝛmittit plagiū qđ ꝺ̄ñ vt ꝓiudicialis ad accusationem plagij prius ꝺ̄z terminari. b. d. † No. q̄ cā ciuilis ad criminales prius iudicialis prius est terminada. 2 cor. §. de adul. l. qñ alexandrū. circa qđ vide qđ ibi dixi. ¶ Querit glo. qđ si quis manciptum ꝓpriū putans tñ alienū exportauit: dic vt in ea. ¶ Ultio scias q̄ Ja. bu. per hanc. l. dicit determinari. q. istam cū quidā accusaret de homicidio ipse excipiebat q̄ occisus erat bānitus. replicabat q̄ ipse erat cancellatus duplicabat q̄ nō legitime. nō. cōsisus princeps de scientia iudicis maleficiorū cōmisit alteri vt cognoscat an legitime fuerat cācellatus. interim inder maleficiorū sup crimine nō ꝓcedat q̄rebat an ꝓcurator accusati ad hanc causam possit interuenire. in disputatione tenuit q̄ sic. nam licet ille exceptiones sint criminis exclusiue non tamen per earuz cognitionem cognoscitur de crimine. quod patet quia. ⁊ si in eis succumbat accusatus vincere potest in principali sicut hic. nam questio dominū est criminis exclusiua vt hic. ⁊. §. l. i. ⁊ quia per se venit disputanda a crimine nemini dubium quod potest procurator interuenire: vt. §. l. ij. sic. ⁊ in predicta. q. sed Jaco. de bel. tenuit contrarium quod prevalet vt dixi. §. de accusa. l. reos. in. vi. questio.

CUm. Occultans seruum alienum cōmittit plagium. b. d. Non qui emit ab occultante si nō participauerit in crimine. b. d. cū sic. ¶ Op. de. l. pe. ff. eo. Sol. vt in glo.

a BDucti. Venditione status nō mutatur hoc dicit Saly.

JQuis. Casus. fuspiciēs fugitiuū cū rebus subtractis furti tenetur ⁊ plagij. b. d.

☞ Plagium accusare cuilibet permittitur.

1 1 QLagij. † Ho. q̄ libet admittit ad accusandū de plagio. sed gl. dicit ⁊ idē Azo in summa q̄ Placentinus dicit hanc accusationē fore priuatā qđ reꝓbat glos. ⁊ bene sm doc. sed forte Placē. voluit dicere q̄ ꝺ̄z sit publica pater vel dñs prefertur in accusando: vt. ff. de accu. l. si plures. ⁊ de adul. l. ij. in fi. ⁊ de sepul. vio. l. iij. §. si plures. ¶ Querit glo. an detur in heredes. ⁊ dicit quod sic ad instar priuate: vt. ff. eo. l. legis. §. fina. ista glos. vel est corrupta vel falsa, nam ibi hoc nō dicitur sed q̄ mortua ꝑsona propter quam quis ineidit in plagiū. ⁊ sic ꝑsona expectata celata vel vēdita de quibus. ff. c. l. pe. §. fi. crimē plagij nō expirat vt §. fi reus vel ac mor. fue. l. j. heredibus aūt illud reiterantibus ex eoꝝ commissione dicentur teneri vt. §. de nox. a. l.

☞ Plagium exigit dolum.

1 PLagij. Crimen plagij cōmittit dolosus non ad accipiendum iusta ratiōe mor⁹. b. d. ¶ No. qđ hoc crimē exigit dolū vt. §. e. l. iij. i. fi. ⁊ sic existēs in lata culpa nō punirēt huius criminis pena vt. l. in lege. ff. ad. l. cor. de sic. ⁊. l. senat⁹. j. de his qui sibi aff. ⁊ ideo bñ dicit hic gl. qđ si iuris ignorātia hoc fecisset excusaret a dolo: qz ille est in lata culpa vt. l. late. ff. de ver. sig. ⁊ idē no. ff. ô abig. l. j. in fi. ⁊ in auf. de incest. nup. §. i. ⁊. §. de incest. nup. l. qui cōtra. ⁊ pbak in. l. igit. §. pōt. ff. de lib. cā. qđ not. dicā ñ plenius in d. l. senatus. ¶ Sed contra gl. arguit subtilis doctor: Ja. de bu. qđ iniusta ratione motus nō excusēt: qz si putauit rem suaz posse auferri ipse errauit in iure naturali cuius ignorātia nō excusat: vt. ff. ad. l. iul. de adul. l. si adulterium. §. fin. prin. ⁊ no. in. d. l. qui cōtra. ⁊. ff. de pen. l. respiciendum. §. delinquit. Soluit ipse q̄ si putauit rem suam posse auferre qz suam q̄ ipse erauit in iure ciuili non naturali: ideo hac pena infligenda ꝓpter dolum non punitur licet non euitaret penā temeritatis sed si putasset in auferendo vim posse inferri tunc errasset in iure naturali violentiā prohibente a cuius pena tunc non excusaretur. hec plenius scribam in. d. l. senatus.

a ✠ Pene sūt graues. vt ea ꝓ errore ceteri caueāt a delictis iuxta illō bratiōderūt pecce re mali formidie pene.

☞ Reiteratī ōlictum. Ꝛu vide de hoc qđ no. bar. in l. iij. §. fi plures. ff. de re mi. ⁊ Arch. xxv. q. ij. c. ita nos et. c. puenit. xxvij. q. j.

1 ☞ Plagiarius qua pena feriatur.
2 Fur qualiter a plagiario discernatur.

1 PLagiarij. Hec lex ne fini cōtradicat pn. ⁊ scōm primā ⁊ cōem lectu. hoc. d. ¶ Nobiles q̄ crimine plagij cōuicti in metallū damnant verberati. ignobiles vero serui vel liberti bestijs subijciunt: ingenui capi- b te puniunt sm aliā lec. b. d. ¶ Cōmittēs plagiū nō cōsueto dā natur in metallū. cōsuetus vero grauius punit q̄ si seruus aut liber tus bestijs subijcit ⁊ si ingenuꝰ decapitat. b. d. ⁊ si hic distin guit precedentē. ¶ Ex qua nota q̄ reiterāti delictū vel sepe cō mittēti grauior ꝺ̄z pena infligi. cōcor. §. ad. l. iul. de vi. l. seruos. dic vt ibi dixi. ¶ Itē ex vtraq; no. duo. Primū q̄ grauio⁹ puni c tur ignobilis q̄ nobilis de quo etiam plene dixi in. d. l. seruos. ¶ Sēm q̄ gl. in. l. si abducta. §. de fur. nō bene dixit dū voluit c qđ quis nō cōmittat plagiū nisi habeat de cōsuetudine furandi seruū alienū ⁊ ió gl. nec hic nec. §. e. l. j. hoc exigit nisi ad grauio rē penā infligēdā. ¶ Et si dicas qualr ergo fur cognoscetur a plagiario. Rñ. cū Azo. in summa. ⁊ gl. ff. e. l. ū. q̄ fur ēq habuit aīm nō cū celādi ꝛz sibi lucrādi vt ꝓz ex diffinitione furti. ff. ô furtis. §. j. ꝛz plagiarij? solū vt principaliter ꝺ̄z animū priuādi ꝺ̄z seruo. ¶ Hec ob. l. qñ. §. eo. quā Cy. inducit ꝓ gl. l. si abducta qz illud verbum soluere non ꝓdicatur de vna ꝑsona tñ sed de pluribus ideo in plurali numero predirerat de plagiarijs. vel dic qđ ibi denotat ministeriū facti non iuris. ¶ Querit Bart. qđo admisit ꝛ fructudo q̄ isti magni dñi iuieē sibi donāt naues vel cētarinos. ⁊ rñ. q̄ nō donāt vt dñia transferāt: sed vt sicut pe nes se libere stabāt ita stent apud illos ad quos mittūr. ¶ Ultimo no. que sm vnū sensum dicit qđ vꝛor que ꝺ̄z maritū inutilē sibi pōt dici ꝛ bata marito.

¶ Ad legem viscelliam. Rubrica.

¶ Continua vt in glo. que in continuando sequit Azo. in sum. sed qz continuatio illa concernit sequentia: ideo potes dicere q̄ postq̄ videmus de his qui alios seu aliorum conditionē ⁊ quātum celant: nunc videndum est de his qui eorum statū ⁊ conditionem celant.

1 ☞ Liberti ad dignitates non aspirabunt nisi aureoꝝ anulo rū beneficium impetrauerint.
2 Liberti oneri asscribuntur sed non honori. ⁊ nu. seq.

LEx. Primo dictus ponit. Secundo ab eo excipit. Tertio exceptionis rationem annectit. Quarto penam admittit quando ad maius officium expirauit. Quinto quando ad minus. Sexto dubium quoddam circa munera remouet. secunda ibi: nisi. tertia ibi: tunc enim quarta ibi: qz autem. quinta ibi: in curia. sexta ibi: muneribus. 1 ¶ † Casus. Liberti non impetrantes beneficium aureoꝝ annulorum non possunt aspirare ad dignitates vel honores aliasꝙ inuntur criminaliter ⁊ nihilominus ꝓ operis cōeminūt ciuiliter munera tñ nō euitant. b. d. ¶ † No. vltra ea q̄ habes in summario q̄ liberti sunt asscripti oneri sed non honori ꝛz regulas iuris fm naturā. ff. de re. iu. ⁊ hoc operat vtilitas cōditionis liber tinę. ¶ Item not. q̄ in patria patroni munera subit ꝑsonalia eius est ratio q̄ ꝓ manumissione sequit domicilij ⁊ originē ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunittentis:vt.j.de nu.ꝛ ho.l.fi vt ꝓponis.ꝛ ciuis. efficitur ciuitatis in qua manumittitur:vt.l.fi.j.de incol li.x.Et ratio ratio nis est:quia quantum ad ius ciuile attinet serui ꝓ nullis habẽtur:vt.ff.de reg.iur.l.q̃ attinet.ꝛ sic ciuiliter per manumissionẽ videtur oriri.ꝛ ad lucem deduci:ideo sequuntur origines manumittentis vt filius paternam.ꝛ etiam ciuitatis in qua manumittuntur vt filius propriam.¶ Opp.q etiam qui non impetrauerunt beneficium aurearum anulorum possint impune ad honores aspirare:vt.ff.de decur.l.eos q.in fi.Sol.q ibi in subditis aliorũ nec ibi negabat se libertus.¶ Op.q indistincte possint eligi.vt.j.de dignita.l.libertorum.lib.xij.Sol.q hic in libertis ibi in eorum filijs quod no.ꝓpter ꝓhibitos esse de consilio venetorum vt ꝓhibitio non extendatur ad filios.¶ Op.q hodie liberti indistincte possint aspirare ad honores et dignitates vt in aut.vt lice.decetero.§.j.Sol.vt in gl.q̃ id de iure nouissimo ꝓper quod hec lex est correcta.¶ Quero qualiter puniebãtur criminaliter.dic extra ordinẽ vt in glo.¶ Quero qua actione ꝓ operis conueniantur.ꝛ dic vt in glo.¶ Quero quod dãnum incurrebat quado in curie numera se immiscebat.ꝛ respõ. vt in glo.¶ Quero an hec accusatio sit publica.ꝛ videtur q̃ sic: qr hic enumeratur inter publica. Alij contra:qr nõ enumeratur in.l.j.ff.de pub.iudi.ꝛ ibi hec verba ponit gl.alteram ex opi.nõ applicando.primam tenet Jac.de are.qr reipublice interest ne dignitatũ ordo turbetur:vt.ff.de vẽ.insp.l.j.§.pe.ꝛ.j.de quest.l. de statutis.idem Bar.qr lex ista ꝓpunit libertum assumentem sibi dignitatem quam nõ potest habere vt hic:sed hoc est crimen falsi committere:vt.ff.ad.l.cor.de fal.l.eos.§.fi.quod est publicum:sed licet noua.l.puniatur:non tamen desinit esse publicum vt ipse disputat in.o.i.j.ff.de pub.iudi.in questione an alterata pena per statutum crimen desinat esse publicum.ꝛ ꝓ ista parte facit gl.in.l.j.§.qui ci.act.ꝓe.cri.Nec ob.q non enumeretur in o.l.j.qr omnia ibi enumerantur vt ibi no.

¶ Ad legem corneliam de falsis. Rubrica.

¶ Falsum quot modis committatur.ꝛ nu.seq.

¶ Continua rubricam vt facit glo.posita super rubrica precedenti videlicet posita quadam specie falsi ponit rubricam generalem de fal.¶ Quero quare dicit de falsis.ꝛ dic vt in glo.ꝛ ꝓ summa huius ti.ountur ad hoc q̃ falsum committitur pactũ subueniendo cuius penam vide in.l.j.ꝛ quis de eo possit accusari.j.c. cum suppositi.cum glo.sua.¶ Item falso rescripto vtendo cuius penam vide in.l.maiorem. Item falsum instrumentus fabricando vel eo vtendo:vt.j.cod.l.fi falsos.ꝛ an locus sit penitentie vbi vide:de pena vtriusq; ibi no.gl. Item qui finxit scripturam per quam alius recipit qõ non receperat:vt.j.cod.l.qui veluti. Item qui celauit vel amouit testamentum.j. eodem.l. cum qui. Item qui finxit se creditorẽ in fraudẽ terti.l.fi creditor. Quid autẽ sit falsum.ꝛ qñ lege cor.puniatur dic vt.j.e.l.ereptũ.¶ Que autem sit pena regularis.l.cor.puniatur.j.e.l.vbi in fi.quot modis de falso queratur.j.e.l.pe.ꝛ fi.ꝛ vsq; ad quantũ tempus queratur.j.e.l.querela.ꝛ plenius in gl.ꝛ ibi dici an procurator possit interuenire.j.e.de fi.coram quo iudice.j.e.l.cum suppositi.ꝛ.l. seq.an accusatio de falso sit publica.j.e.cum qui.cum ibi not.in glo.an reuerentia personarum impediat accusationem.j.cod.l. falsi.vol inquisitionẽ vt ibi no.ꝛ an agnitio volũtatis defuncti impediat accusationem falsi.j.eo.l.licet.an exceptio falsi impediat executionem instrumenti in.l.q̃.ꝛ.l.si docueris.ꝛ an crimen probatum excipiendo possit puniri iudicis officio scripsi.j.eo. l.vbi.qua alis autem fiat indago.ꝛ a quo probationes erigantur ꝛ infra quantum tempus causa terminetur habes in.o.l.vbi.

